

ligna decoloratur annulus sancti
raur. Iecononit decoloratur et

Hic enim sicut paleum us

condit aquila **I**te hoc: nra etia
decoloratur et decoloratur et

ligna sanguina pectoralis non sit
materialis licet est impossibilis

Cor
quod hanc has pectoralim
de colorata vestitur et

De
descensua orbis videntur
vix ali ymo superi usq; ad
p

que interdies et nocturne

Kyng in Jesu Christ.

1. Verkonditio von der unvergleichlichen Königinnu bider Nation in chri v. Titem. Heschi.
2. Verkonditio vom h. Abentmahl chri. Heschi.
3. Brünn von dem College des Zürcher Landvogt Verambulaten Theologen von den Vbi quist
ob leib Christi Item jadis in Heschi
4. Brünn von den Namen Amelingis
5. Ueberlegung des Disputatioris, nachts zu Leipzig wider die Anhaltischen Theologen
Brünn von den neuen Amelingis.
6. Antwoort auf diese fragesteller frager Titem. Heschi et c. Daran d. 15. Jan. 1517
7. Extract oder antwort auf einen Christlichen Brief und warming d. Heschi (in fol. 107)
8. Warmin und Vermannung der von Zarbst an d. Selneccern
9. Kürzer Christliche Antwort auf den Anhaltischen Theologen Warmin und Vermann
10. Selnecceri Kürzer ablassung Von pueris Pantheo Verzweigter Theologen
11. Auf den Anhaltischen Theologen wider d. chemnitiim und selnet.
12. Brünn Vob m. Westf Ameling und som anhang Unter den Anhaltischen Predigten
13. Polycarpi lysier erkenntnung Vber 3 fragen, verlste Huber vngt dat.
14. Disputatio de persona Christi pfaffenach
15. Disputatio 1. de officio propheticus Christi. Berckelmanni
16. Historia passionis et resurrectionis s. f. iustum Grossart
17. Exochidion Catechizmum Lippij
18. De incarnatione Verbi disputatio per Olearium
19. Disputatio 3. de peccato originis. Hoffmanni
20. Propositiones de Baptismo Heschi
21. Disputatio de ecclesia dei Boetij

19.

II. DISPUTATIO

DE INCARNATIONE VER-

bi, quæ est ἐλεγκτικὴ aduersus Anabaptistas.

QVA MENNONIS ET D. P. CARNEM
CHRISTI NON EX MARIA VIRGINЕ,
*sed ex substantia τῆς λόγου ortam, asseueranti-
um, prestigia refutantur.*

IN QVA

PRÆSIDE IOHANNE OLEARIO D.
S. THEOL. & HEB. LING. PROFESSORE
in illustri Acad. IVLIA, Respondebit M.
PAVLVS MVSAEV.

29. Iunij mane hora 6.



HELMSTADII

EXCVDEBAT IACOBVS LVCIVS.
Anno M. D. LXXXI.

ДЕИСИЧАНИЯ
ДЛЯ ПРАВОСЛАВНЫХ

МЫСЛЯЩИЕ О ГОСУДАРСТВЕ
ЗАЩИЩАЮЩИЕ ОДНОДРУГА
СОХРАНЯЮЩИЕ СВОЮ СЛАВУ
ПРИЧИНЕНИЕМ СЛОВА СВОЕГО

© 01993 ДЕИСИЧАНИЯ
— СОХРАНЯЮЩИЕ СВОЮ СЛАВУ
— ПРИЧИНЕНИЕМ СЛОВА СВОЕГО
— СОХРАНЯЮЩИЕ СВОЮ СЛАВУ
— ПРИЧИНЕНИЕМ СЛОВА СВОЕГО



НЕМЕЦКИЙ

БИБЛИОГРАФИЧЕСКАЯ
СТАТЬЯ

II. DISPV TATIO.
DE INCARNATIONE VERBI
aduersus Anabaptistas.

I.

 Vm Apostolus 2. Timoth. 2. iubet stultas & indo-
ctas quæstiones reijcere : eò quod pugnas pariant :
à quibus seruum domini deceat alienum esse : qui
placidus erga omnes , aptus ad docendum , & to-
lerans malorum esse debeat.

2. Et tamen cum mansuetudine velit erudiri
dissentientes : si quando det illis Deus resipiscientiam , ad veritatis
agnitionem , ut errorum veterno excusso euigilent , & ex Diaboli
laqueis euadant :

3. Primum constituit discrimen inter controværias Ecclesiasti-
cas : quod aliae sint necessariae , aliae superuacaneæ .

4. Ac superuacaneas quidem diligenter vitari subet : quia nihil
nisi subuersionem audientium pariant , & innumeris peccatis occa-
sionem præbeant : quas appellat propterea λογοπαξιας & Βεβηλω-
νεοφωνias .

5. Deinde in necessarijs Ecclesiæ Doctori diligenter elaborandum
docet : ut non solum veritati contrarias opinione euertat , ac ho-
minibus eripiat : sed etiam in dissentientibus refutandis suorum af-
fectuum acerbitatem reprimat .

6. Postremo rationem subjicit , ab illorum miserabili conditione
sumtam , qui errant in fundamento : quod videlicet captiui tenean-
tur Satanae laqueis , ut ad voluntatem ipsius ruant , quo cunq; tyran-
nus ille tenebrarum impulerit .

7. Quis autem miserorum eiusmodi hominum calamitate non af-
ficiatur , ut leniter & moderate cum ijs putet agendum : qui alio-
qui sunt infelicissimi : & hoc infeliores quod ærumnas suas non
vident , negsentient ?

8. Non enim externa sceleratantum , ut homicida , stupra , furtæ ,
A 2 periuria ,

periuria, sunt mortifera peccata: quæ spiritum sanctum excutiunt,
et diabolicae potestati nos subiiciunt: sed etiam hereses, sectæ, et
errores cum fundamento pugnantes, pariter sunt exitio Gal. 5.

9. Quantumuis enim profani homines non credant, tantum esse
periculi, si quis opinionum suarum intemperie hunc vel illum fidei
articulum violet: aliud tamen est spiritus sancti iudicium: qui iu-
dex omnium actionum est incorruptissimus.

10. Quare ut fuitiles controværsiae, et crudeles λογιαζει meri-
to coercenda: quiq; de lana caprina rixantur, beneq; constitutarum
Ecclesiarum pacem conturbant, ceu impudentes canes, qui inno-
centes etiam allatrant, mordentq; compescendi sunt.

11. Qualis erat Victoris Episcopi Romani contra orientales Eccle-
sias rixa de Paschatis celebratione: cucurbitaria seditio in Africa
de translatione vocis Heb. ΠΙΡΡΩ aliaq; similes permulta dispu-
tationes.

12. Sic necessaria certamina studiosè sunt ab ijs cognoscenda, qui
aliquando docendi munus obibunt: et ut ὁ χριστός illa, quibus
extollit se curiositas hominum aduersus scientiam Dei, armis ver-
bi diuini euerti possint, opera danda 2. Cor. 10.

13. Atqui error Anabaptistarum, qui contra scripturam ex scri-
ptura probare contendunt, cælitus allatam esse carnem Messiae,
vel ex Verbi substantia ortam: non ex Maria virgine assumtam:
talis est, ut fundamenta articulorum fidei labefactet: sicuti dispu-
tatione superiore docuimus.

14. Etsi itaq; missos facere possemus homines fanaticos, ut qui
non solum vniuersæ antiquitati contradicunt, et Valentiniano-
rum, Marcionitarum, Manichæorum hereses, ante 1200. annos
refutatas, rectoq; Ecclesiæ iudicio damnatas, ab inferis reuocant.

15. Verumetiam Augustanæ Confessionis et Orthodoxæ nostræ
Concordiæ semper hostes fuerunt: in quarum utraq; etiam errores
illorum plurimi expresse damnantur.

16. Tamen quia multi passim præstigijs illorum fascinantur: ac
ne scripturam sibi contrariam aut Lesbia regulæ instar esse, cum
Pontificijs

Pontificis calumnietur quis aut opinetur: & ut τὸν ἡγοφόρα nostra
canto firmior sit, ex precepto Pauli Rom. 14. Vnusquisq; de sen-
tentia sua plene certus sit.

17. Deinceps illorum argumenta, sicut à Mennone contra Mi-
cronium & Io. Lasco sparsim in literis excusis, quos Anabaptistæ
religiose lexit, proponuntur: examinabimus et Dei beneficio bre-
uiter refellemus.

18. Vehementer autem orthodoxos in sententia confirmabit: quod
Mennonistæ similem spiritum vertiginis produnt, atq; is c;st, qui in
Caluinistis, alijsq; impostoribus conspicitur.

19. Quandoquidem pari audacia, primum Tropos suos fanaticos
ex Iudicio rationis duntaxat sumtos, à scripture verbis & sensu a-
lienos, in manifestissima S. S. oracula: quæ de proposito mysterio
propriè loquuntur, important: deinde eiusmodi dicta, quæ præci-
pue non agunt de Incarnatione verbi, undecung; conquirunt. Po-
strem quadrigas absurditatum ad obruendam veritatis lucem con-
uehunt.

20. Id vero neūtquam est Analogon fidei, ut Rom. 12. Paulus ab
interprete requirit: neq; congruit ei simplicitati, quæ est in Christo
Iesu. 2. Cor. 11.

21. Sed est Serpentina calliditas, qualis describitur Gen. 3. Est
Antithesis Φευδλωύμε γνώσεως: quam qui sectātur, à fidei scopo ab-
errant. 1. Timoth. 6.

22. Admodum vero copiosi & ingeniosi student videri in cumu-
landis inconuenientibus seu absurdis, quæ ex nostrarum Ecclesiarū
sententia in speciem deducuntur: ut nostrorum Confessionem fal-
sitatis insimulent: quandoquidem ex Vero nil nisi verum.

23. At ista ratio si probanda foret in Ecclesia: nullus omnino fi-
dei articulus, qui non eodem artificio facile labefactaretur, exta-
ret: Cum humana sapientia passim obganniat illud Ioh. 6. Durus
est hic sermo, quis potest eum audire?

24. Sed ut absurdorum collectanea postremo loco rescruemus: pri-
mum dicta scripture, quæ impijs glossis deprauant: in quibus suæ

sententiae firmamenta ponunt, considerabimus. Deinde probatio-
nes nostras ab illorum corruptis & cauillis liberabimus: quo facto,
absurditatum seu inconuenientium nullitas per se facile patebit.

25. Primum in illo dicto, Verbum Caro factum est, mirificè tri-
umphant: idq. non aliter quā quod Verbum aeternum Patris in car-
nem in utero Virginis mutatum sit, exponunt: ut ex ipsa infinita,
incomprehensibili, inuisibili Maiestate & diuinitate, nata sit fini-
ta, visibilis, palpabilis, & mortalis natura: quā etiam vere postea
mortua sit, ac resuscitata.

26. Hoc glossema tanta cum impietate coniunctum est, ut simi-
lem Apollinaris errorem idcirco Nazianzenus merito dixerit nōcav-
erētūν κανικαν παρέπεχεδαι: quia pariter & diuinam & humanam
Christi naturam tollit.

27. Respondemus autem: Cum pluribus modis dicatur quipiam
aliud fieri: hanc quoque supradicta factam esse non mutatione
diuinitatis in Maria: sed assumptione Carnis ex Maria in unita-
tem personæ.

28. Idq. probamus, Primum ex Analogia fidei & collatione di-
ectorum, que propriè Mysterion hoc exponunt, de quibus superiori
disputatione iam audiuimus. Deinde inductione locorum scriptu-
re complurium: ubi, fieri, nec potest, nec debet accipi pro Mutati-
oni.

29. Cum igitur instat aduersarius, Fieri significat fieri: assumere
significat assumere: nec usquam reperitur alterum pro altero posi-
tum, ut Luc. 3. factus est Iesus annorum duodecim. Gal. 3. Factus
maledictum. Ioh. 2. Aqua facta est vinum. Gen. 19. Vxor Loti fa-
cta est statua salis.

30. Nos contrà verè asserimus, uniuersalem hanc, multis instan-
tijs posse redargui falsitatis. nam his locis Gen. 2. Factus est Adam
in spiritum viuentem: 1. Corinth. 15. Primus homo factus est in a-
nimam viuentem: Secundus Adam in spiritum viuificantem. Ps.
104. Heb. 1. Qui facis Angelos tuos spiritus & ministros ignem
flamman-

flammantem, (ut reliquos iam silentio præteream) contrarium e-
uincitur.

31. Quemadmodum enim Adam non mutatus est in spiritum vel
animam, postquam inspirasset Deus in faciem eius spiraculum vi-
tae: sed retinuit corpus terrenum, adeoq; terra mansit: id vero quod
non habuit, scz. animam viuentem, assumxit: & ut Angeli non
mutantur in flamas ignis: sed visibilem eiusmodi formam ali-
quando assumunt.

32. Sic filius Dei incarnatus, mansit quod fuit: scilicet Infinitus,
præpotens, inuisibilis Deus: & quod non habuerat, assumxit: Cor-
pus nimirum, animamq; rationalem: iuxta versiculi sententiam,
Sum quod eram, nec eram quod sum, nunc dico virumq;.

33. Ne quis autem excipiar: Dissimilitudinem in exemplis esse,
propter additamentum præpositionis, In: sciendum est, indifferen-
ter in eodem genere prædicationis, hanc vel adjici vel omitti: siue
motus à non esse ad esse: siue à simplici ad duplex, aut etiam acci-
dentalium esse, denotetur: ut Gen. 1. 32. Exod. 4. 7. Psal. 73. &
alibi videre licet.

34. Videamus autem deinceps caussam, cur Euangelista sic loqui
voluerit: & quid illa Phrasis nos docere debeat. Non enim dixit,
quod carnem prius formatam assumserit λόγος: sed quod verbum
factum sit ille ipse homo: ut contra Nestoriū assidentiam nos præ-
muniret: personæq; separationem excluderet.

35. Neg; dixit simpliciter, Verbum factum est homo, sed caro po-
tius: ad exprimendam admirandi mysterij emphasin. Anima si-
quidem, ut ait Theophylactus, quia & ipsa spiritus est, cognatio-
nem quandam habet cum Deo: quoniam igitur caro à diuina na-
tura alieniore est: Volens significare Euangelista immensam Dei
misericordiam, carnis meminit, ut ineffabilem eius benignita-
tem obstupescamus, quod propter nostram salutem alienum à
natura sua, & omnibus modis peregrinum, carnem dico, assum-
serit.

36. Ne vero importunius contra mentem Spiritus sancti locutio-
nem

nem istam quis urgeret: adiecit ea, quæ testimonium nostræ sententiae contra Marcionitas & Anabaptistas perhibeant: Cum ait,
Et habitauit in nobis: & vidimus gloriam eius &c. Nam ut excludat errorem eorum, qui unam naturam duntaxat in Christo
constituunt: perspicue discernit inter nostram & Verbi naturam
inhabitantem in nobis.

37. Ut enim alterius naturæ scimus esse tabernaculum: alterius,
eum qui inhabitat illud: alterius τὸν οὐκετὸν τὸν σκῆναν 2. Cor. 5.
vel τὸν οὐκετόν, in quo sumus 2. Pet. 1. alterius, animam quæ
dum est in corpore, peregrinatur à Domino. Ita & λογος in
nobis habitare dicitur, hoc est in nostra natura, & alterius est
naturæ, quam sit nostra.

38. Objiciunt præterea locum, 1. Cor. 15. Primus homo de terra terrestris: Secundus homo de cœlo cœlestis. Item Ioh. 6. Ego sum panis vitæ qui de cœlo descendit Ioh. 3. Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit, Filius hominis qui est in cœlo.

39. Ex his & similibus ita concludunt. Si Christus de cœlo
descendit: si cœlestis, spiritualis, & è supernis est: falso ex Maria
conceptus, terrestris & Adamicus docetur. Atque primum:
ergo & postremum.

40. Maiorem negamus: quia paralogismum à dicto secundum
quid ad dictum simpliciter, inducit. Christus secundum diuinam
naturam, cœlestis, spiritualis, & è supernis est: secundum humanam
naturam, terrenus: quippe radix de terra sicca ascendens. Esa.
53. Radix & genus Dauidis Apocal. 22. Flos è truncu Isai
pullulans Esa. 11. Veritas de terra oriens Ps. 85. Ioh. 14.

41. Imo etiam secundum humanam naturam dicitur spiritualis:
non ratione materiae vel originis: sed maiestatis & glorificatio-
nis: sicuti nostra quoq; corpora tandem spiritualia: nosq; ex mor-
te resuscitatos, non χοικεῖς sed ἐπεργάντες fore, Paulus ibidem re-
statur & 2. Cor. οἰκητήποντι μῶν τὸ ἐξ ἡρών vocat glorificatum
corpus.

42. Non vult autem substantiam corporis in spiritum trans-
mutatum

inularum iri: Sic enim articulus Symboli, quo carnis resurrectionem credimus, euerteretur: Sed ex carne etiam nostra, nos Deum visuros: (quo Iob. 19. cap. se consolatur) corpus ipsum quoq; spirituali vita, laetitia, gloria, perfruiturum: gloriosumq; sancti Spiritus domicilium, qualitatibus dntaxat, & conditionibus animalibus abolitis, futurum ostendit.

43. Cum hæc solutio petatur ex ipso textu: manifestum est, Anabaptistas cum veteribus Valentianis impie scripturam contorquere: falsoq; gloriari quod nusquam soluant, aut glossis suis contaminent scripturam: quod è contra nostros factitare vociferantur.

44. Sed ulterius instant: scripturam sine vlla diuisione Christum filium hominis nominare cælestem: tum citatis locis, tum alijs: Ioh. 6. Quid si videritis filium hominis ascendentem ubi erat prius? Filius hominis, inquit Menno fol. 41. quem vos dicitis terrenum, ascender illuc, ubi fuerat prius, Ioh. 8. Ego è supernis sum, vos inferne. Ioh. 3. Qui è supernis est, super omnia est Ioh. 16. Exiui à patre et veni in mundū, iterū relinquo mundū et vado ad patrem.

45. Atqui nos nec vlo modo personam diuidimus Christi: sed tamen naturas necessario distinguimus: & Mennonis sophisticam, qui pro distinctione separationem, non inscitia, sed destinata malitia passim nobis affingit, ut maximam ad calumnias fœnestrarum sibi patefaciat, detestamur,

46. Non diuidit hominis personam, qui eum corpore mortalem, anima, immortalem: corpore terrenum & visibilem, anima æthereum, spiritualem, & inuisibilem dicit, (Cum. D. Seruator aiat. Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam occidere non possunt) Sed distinguit diuersas, diuersæ materiæ naturas, unitate tamen subiecti & Hypostaseos coniunctissimas.

47. Sic neg^r Paulus Rom. 1. cum ex semine Dauid secundum carnem natum: nec Petrus, cum carne passum & mortuum, spiritu vivificatum affirmat, Christum diuidunt: etiamsi distinctius particulis virantur.

B

Quod

48. Quod autem pernegan^t, Scripturam similitudine illa corporis & animae, mysterion Incarnationis declarare: vel etiam hanc ullo loco agnoscere: non concedimus.

49. Licet enim expressos non ita reperias comparationis terminos: licet deniq^{ue} magna sit in multis partibus dissimilitudo: sicut Iustinus Martyr in cōfessiōne mīsticā prolixè iam ante 1300. annos Ecclesiam erudiuit.

50. Tamen sanctos patres non dubium est, talia dicta (ut Heb. 2. sicut pueri communicarunt carni & sanguini. Ita filius Dei particeps factus est eorundem: 2. Cor. 5. ubi domicilium scēnae vocat nostrum corpus. Ioh. 1. εσκήνωσεν ἡμῖν Col. 2. inhabitat tota diuinitas corporaliter): tum illam collationem Apostoli 1. Cor. 15. in conspectu habuisse, Factus est primus Adam in animam viuentem: Secundus in Spiritum viuificantem.

51. Vbi vim spiraculi, diuinitus in faciem Primi parentis inhalati, & tam ipsi, quam ipsius posteritati, motum, sensum uitamq^{ue} naturalem tribuentis: cum efficacia diuinitatis λόγος, personaliter Semini mulieris uniti, & sic omnes credentes in aeternum viuificantis & beantis comparat: Modumq^{ue} incarnationis qualitercunq^{ue} adumbrat: fructum vero magnifice depingit.

52. Sed in hoc alijsq^{ue} permultiis: illud Nazian. ipsis obijcere non iniuria possemus: quod ἐνδύουσας τὰς θείας sit ipsis Φιλία της γράμματος: clamitant enim veterotorie, Vocabula Naturarum, Communicationis idiomatum, Unionis personalis, Assumptionis, quod duo sint unum: & similia, in scripturis nusquam reperiuntur: indeq^{ue} mox Antichristianas hæreses fabricant.

53. At nos longè iustius ijs regeremus: Impias eorum glossas in S. literis nusquam extare. Quod Verbum in carnem mutatum sit: quod caro Christi cœlitq^{ue} allata sit: quod Christus tantum ex substantia Mariae assumserit, quantum de corporali regno Davidis habuerit. fol. 83. Quas contra totius orthodoxæ vetustatis confessionem ex infamibus Marcionistarum & Manicheorum scholis hauserunt.

54. Deinde respondebitus: Ipsi scripturæ verbis perperam intellectis,

lectis, retrois errores regi posse: sententiam vero Spiritus sancti, etiam alijs verbis fideliter reddi, quam extant in scripturis: ut sana ramen maneat fides, & confessio nostra.

55. Non enim in verbis, sed in sensu consistit heres: ut praेclarè Lutherus Disp. de Com. Idiom. Quippe Rom. 12. tantum Analogia fidei requiritur, non tautologia vel mutuæ.

56. Cæterum obijcet quispiam: Non expresse docet Mennon, Verbum, per prioris substantiae abolitionem, in carnem mutatum esse. Respondet enim hoc insimulantibus: Iohannem docuisse, quod verbum caro factum sit: nec ullam literam, quatenus vel mutatum, vel non mutatum sit, addidisse: ut nos curiosi, qui Antichristianos spiritu agitemur, contra scripturam ex ipsis audire velimus.

57. Deinde subijcit declarationem suæ sententiæ: Quia Adam sic factus in animam viuentem 1. Cor. 15. & nihilominus terra manserit. Gen. 3. Terra es, & in terram reuerteris.

58. Præterea monet, Corde credendum, non ratione scrutandum, vel comprehendendum esse: eò quod scriptum sit, Heb. 11. Fides est argumentum non apparentium. Postremo immensam esse Maiestatem Dei. Job. 11, quod excelsior cælo, profundior inferno sit. Esa. 40, quod totum orbem terrarum tribus digitis comprehendant. Esa. 66. in cælo sedem, in terra scabellum pedum suorum habeat: nec tamen ulli hunc Deum & Spiritum, ratione sua dimensionem aut comprehensum: Sic, quomodo Verbum sit caro factum, esse imperuestigabile.

59. Quomodo igitur mutatio λόγος in carnem, ipsi adscribitur? Resp. ipse Mennon eadem pag. 96. talibus exemplis verbum FIERI declarat, quibus nihil nisi Mutatio significatur, que supra Thesi. 29. recensuimus: deinde, cum respondet ad locum Malach. 3. Deus ego sum & non mutor: quæcumq[ue] potest, effugia queritat: ne videatur immutabilitas, in scripturis Deo tribui, tanquam essentialis proprietas. fol. 35. contra Ioh. à Lasco.

60. Nec dubium est, quin vocis manifestam impietatem, imò blasphemiam, astutè declinet, Cum tamen sensum ipsissimum, & in corde foueat, & perspicue doceat. B 2 Nee

61. Nec enim aliud semen, nec aliam agnoscit materiam, unde caro Christi extiterit, quam ipsam diuinitatis Essentiam patri quo-
sotov: eog, (ut ad alia simul eius argumenta transeamus) detor-
quet dicta, quibus Seruator noster filius Dei vocatur, ut Matth. 16.
Ioh. 1. 3. Rom. 1. & alibi passim.
62. Ex ijs sic argumentatur fol. 95. duas, ut ipse vocat, notabiles
regulas proponens, que sunt binæ duorum syllogismorum, imò Pa-
ralogismorum fanaticorum præmissæ. Deus pater (inquit) passim in
tota scriptura verus filij sui pater prædicatur. Matth. 3. 16. 17. Luc.
1. Ioh. 1. 3. 5. 6. 7. 8. 9.
63. Nemo autem ullius Pater vere dici potest, quem non è pro-
pria sua substantia, & de semine corporis sui genuerit. Conclusio-
nem impiam & blasphemam silentio regit, ne palam Anthropomor-
phitarum heresi subscribat.
64. Alteram regulam ponit hanc: Christus per totam scriptu-
ram verus Dei filius prædicatur. Matth. 3. 14. 16. 17. Marc. 1. 9.
15. Luc. 9. Ioh. 9. Nemo autem filius alicuius nominari potest, qui
non è Substantia seu semine ipsius prodierit & generatus sit.
65. Tandem addit symperasma geminarum præmissarum, Ergo
ut testimonium illud Ioh. quo asserit Verbum esse carnem factum,
glossis intaminatum & inuiolatum relinquatur, necesse est, Patrem
apud se, vel penes se habuisse, unde filium genuerit: nimurum in-
comprehensibile & aeternum Verbum suum, per quod omnia facta
sunt.
66. Ac ad marginem annotat, Hoc loco obseruandum esse semen
illud, ex quo homo Christus à patre genitus sit: ex Maria siquidem
carnis substantiam assumtam pernegat.
67. Deinceps objectiones occupat, Quod λόγος quia Spiritus ab
eterno fuerit, non potuerit caro fieri: Et respondet: hinc sequi Pa-
tris potentiam esse diminutam, & brachium eius abbreviatum, con-
tra testimonium Angeli. Luc. 1.
68. Item quod sequeretur, totam scripturam nobis imposuisse:
que sine omni diuisione (hoc vocabulo fraudulenter passim pro di-
stinctione

stinctione utitur) sine unitione, vel exceptione naturarum, filiorum, vel personarum (sic enim passim veterarie pro duabus naturis, duas personas et filios nobis obrudit) testatur de Christo Iesu, quod sit filius Dei, & quod Deus sit pater ipsius.

69. Sed ne omnia Mennonis deliria persequar: quisnam in hanc impietatem adeo multiplicem & audacissimam qua furores Veterum Manich. & Marcionitarum quoq; superat, satis grauiter aut atrociter dicere possit? quis non videt, cum perspicue conuersionem diuinitatis in humanitatem, asserere?

70. Sane si altera prioris regulæ pars vera esset, euerteretur fundatum nostræ fidei, quod Christum ab aeterno filium Dei fuisse credimus. Quam sane in sententiam Mennon haud obscurè inclinat: cum docet, Christum quidem sapientiam, verbum, dextram parris ab aeterno fuisse: nusquam vero, quod filius Dei, aut persona per se subsistens fuerit, antequam conciperetur in utero Virginis.

71. At nos ex sacris literis docemus, Deum patrem, etiam Filium habuisse, ante constitutionem mundi & ab aeterno: alioqui pater aeternus non esset. Ioh. 17. Filium genitum illo die, qui ab omni aeternitate fulsit: omniumq; gentium fuisse Dominum ac heredem Ps. 2. Quem filium utpote Ichouam, ut oscularentur, admoniti sunt omnes reges terra, 1000. annis antequam ex semine Dauidis secundum carnem nasceretur.

72. Eius personam, & internam proprietatem Hypostaticam, qua discernebatur iam tum à patre & S. sancto, Proverb. 30. Salomon agnouit, cum ait, quod est nomen eius (qui omnes terminos terre condidit) & quod nomen filij eius si nosti?

73. Agnouit etiam Esaias cap. 9. Cum non solum ait, Puer natus est nobis, sed etiam Filius datus est nobis, Et Michæas cap. 5. Cum docet, egressum Messiae non tunc primum, cum virgo mater in oppido Bethlehem eniteretur: sed potius ab initio, & à diebus aeternitatis extitisse.

74. Sic Hose. 11. Filium suum Deus pater ait, ex Aegypto euocatum, qui tamen secundum carnem nondum natus: verus tamen Je-

houa Patri coessentialis erat: ut Zach. 2. expressa fit duarum personarum mentio: quarum viraq, vocatur Iehoua: alter mittens, alter missus & habitans in medio Sionis.

75. Item Hose. 1. Alterius Iehouæ saluantis: alterius per quem salus contingit. Psal. 3. unius, benedictionem populo suo conferens: alterius, benedictionem promerentis.

לְיְהוָה
76. Nihil enim obstatre putamus, quo minus illa verba חִשּׁוּעָה עַל עַפְתָּה בְּרָכָתָךְ סְרָה sic exponantur: propter Iehouam Iesum, super populum tuum benedictio tua: cum לְפָעֵן sape pro ponatur Exod. 4. v. 25. אמרה חֲתָנָךְ רַמִּים לְפֹולֶת dixit, Sponsus sanguinum, propter circumcisions. Ezech. 36. v. 22. לא ? מְעֻנְכָּם Non propter vos ego facio, sed propter nomen sanctum meum. Esa. 55. לְמַעַן יְחִזְקָה וְלִקְרוֹב וִישְׁרָאֵל propter Dominum & propter sanctum Israelis. Ps. 16. לִקְרוֹבָשָׂם. propter sanctos vel pro sanctis, qui sunt in terra.

77. Quamvis igitur, sapientia, λόγος, verbum Patris, dicatur Christus: alia tamen id ratione fit, quam cum hominis alicuius sapientia nominatur, quæ non est ψυχή οὐκέτε οὐδὲ filius hominis vocari potest: nec ὁ μορφὴς est sapienti.

78. Filius autem Dei, Essentialis, & per se subsistens ab eterno fuit patris λόγος & sapientia: Ideo Ioh. 1. dicitur, quod λόγος quidem in principio iam fuerit Deus: sed tamen ne unitate personæ Sabellianā introducam, additur quod apud Deum fuerit: nimirū per se subsistens, & à Patre sancto, Spiritu distincta Hypostasis.

79. Sic Ioh. 17. petit D. Seruator se ornari ea gloria quam habuerit apud patrem, priusquam hic mundus esset creatus. particeps nimirum infinitæ maiestatis, & inaccessibilis lucis, & ante uniuersam creaturam genitus. Coloss. 1.

80. Quæ testimonia cum refellant Mennonistarum impietatem, qua fingunt, Deum in tempore genuisse filium suum, & quidem in Maria, non ex Maria: diligenter sunt consideranda. Sed cum sequentiam Sophismatum refutationes his quoque lucem allatiure sint: ea deinceps recitemus.

Quod

81. Quod ex Adami impura carne propagatum est, inquiunt, id non nisi impurum, peccato & morti obnoxium est: Christus autem purissimus, & à peccato immunis: alioqui nos à peccatis mundare non potuisset. Ergo non est ex impura Adami carne, neq; ex Abrahami vel Davidis semine concepus.

82. Maiorem probant ex dicto Iobi. 14. Quis potest mundum facere de immundo? ne unus quidem. Ps. 51. & similib. Minorem ex Esa. 53. Qui peccatum non nouit, 2. Cor. 5. cum qui non nouit peccatum, pro nobis peccatum fecit. 1. Pet. 2. Christus Agnus immaculatus. Heb. 7. segregatus à peccatoribus.

83. Respond. Maiori veritas per unicum hoc Individuum derogatur: Deus n. hic nouam rem creauit super terram. Ierem. 31. Dominus nobis memorabile signum in Virginis conceptione edidit: qui ipse met hoc signum, immo miraculum fuit. Esa. 7.

84. Ratio diuersitatis est manifestissima, et ab Archangelo Luc. 1. indicata: quia Spiritus sanctus superuenit in Mariam: ideo Sanctum fuit quod ex ipsa nascebatur. Etiam si impura massa esset caro Virginis: tamen omnipotens hic opifex scoriacum ab argento sic separauit, ut Vas mundiss. ex purificatis illis sanguinibus existaret.

85. Deinde ipsa diuinitas filij λόγος, suum templum, in quo habitare dignatur, ita sibi mundauit, ut ignis, ferrum candens, à rubigine liberat. Postremo non usitata, sed præternaturali ratione, sine viri consuetudine, virgo concepit: ut illud Psal. 51. non possit habere locum.

86. Ridiculum vero est, iam importunè Catabaptistas vim originalis peccati urgere: ut nec filium Dei quidem excipi velint, [nisi veritas humanæ naturæ ipsi detrahatur:] Cum tamen infantes omnes nunc innocentes faciant: sublato videlicet per Christi mortem ingenita vitiositate: ut de Pædobaptismo disputarum à nobis est: sed perpetuò τοφλὸν ἡ ἀσέσδα.

87. Eiusdem farinae est, quod calumniantur, nos constituere victimam mortis ream contra S. literas: se vero impollutam: idq;

ex S.

ex S. litteris: item, nos Adamicam & creatam carnem adorare: se vero omnipotentem & aeternum λόγον, potentia Dei carnem factum, adorare.

88. Summa sophismatis est: Christus etiam quatenus homo, est adorandus. Atqui nulla creatura ex Adamo propagata, est adoranda: Ergo Christi Caro non est ex Adamo propagata: nec creatura: sed ex ipsa verbi substantia, per quod omnia creata sunt.

89. Maior unicam unius Individui exceptionem admittit. Nam caro Verbi propria, in tantam est sublimitatem elevata, ut quemadmodum Cyrillus inquit, omnia humana transcendat.

90. Adoratur autem non propter se, nec per se, seu seorsim: nec coadoratur cum diuina natura (ut Spiritus sanctus cum Patre & Filio coadoratur & conglorificatur: Hoc enim personam separaret, ac Nestorianismum saperet) sed eodem quod cum λόγῳ personaliter est unita: Sic una eademq; adoratione Christus secundum vitramq; naturam colitur.

91. Quomodo enim non adorationis honore prosequeremur eam naturam, quae, quia unita est λόγῳ, vita mundi facta est? suoq; tam merito, quam efficacia, nos a peccatis emundat? I. Iohann. I. 1. Pet. I.

92. Nullum vero periculum Idolatriæ pertimescendum: quia adoramus Christi carnem, non ut personam, sicuti patrem, filium, spiritum sanctum licet inuocare; sed Christum omnipotentem Dei filium, qui constat tam diuinitate, quam humanitate, arctissima uione copulatis.

93. Idolatria Primo præcepto contraria fuisset, si Moses absque mandato diuino Num. 21. serpente aeneum Israelitis proposuisset, cuius aspectu sanitatem a morsibus anguum letalibus consequentur. At, quia verbum sanctificauit illud sculptile, adeoq; mysticum vexillum effecit, quo conspicua Dei incarnati crucifixio & exaltatio representaretur Ioh. 3. impetas fuisset, Alexipharmacum illud respuere.

94. Ita cum radix Iesse diuinitus creata sit in signum populorum, quod



quod gentes inquirere debent: Esa. 11. Rom. 15. non solum non peccat, qui carnem D. Seruatoris (etiamsi hanc confiteatur esse creaturam) personaliter unitam λόγῳ, adorat: sed etiam peccat, qui adorare recusat. Est enim is de illorum numero qui contradicunt, & configunt hoc salutis vexillum: quod intueri oculis fidei debebant, Zach. 12.

95. Ut finem huic parti imponamus. Postremus paralogismus eiusdem est, cum superioribus farinæ. Horrenda, inquiunt, infidelitas & cæcitas est, fiduciam suam in Adami impuro, & peccatis obnoxio semine: ut in homine, qui contra Dei ordinationem ex Mariæ semine vel sanguine, sine patre generatus sit, collocare. Atqui hoc faciunt, qui non credunt, Verbum simpliciter esse carnem factum: Sed ex virginis substantia humanam naturam volunt assumtam. Ergo &c.

96. Respondemus de αὐταρμησίᾳ Seruatoris, idem quod supra Thes. 84. Fiduciam vero nos, non in solo Adami semine, multo minus in impuro semine, sed in persona θεούθρωπος Christi, qui est sanctus sanctorum (Dan. 9) collocare: ideo quia illud germen Dauidis est Iehoua iustitia nostra. Ierem. 23. 33. est homo, in excel- sis Iehoua Deus: ut 1. Paral. 17. David loquitur רַאֲתָנִי בְּתֹךְ הָאָרֶץ הַפְּעָלָה יְהוָה אֱלֹהִים & Deus in terris atque in carne manifestatus. Esa. 40 1. Tim. 3.

97. Tandem querulantur, In nostræ confessionis explicatione, & defensione scripturam sine fine modoq; passim contorqueri: se vero nullum locum usquam glossis deprauare, aut falsare: nullus in conuenientibus aut absurdis occasionem præbere. Id vero quam impudenter iactitat Menno fol. 63. Cum ex ijs quæ iam allata sunt, quæ sui erroris fundamenta constituit: tum ex ijs, quæ iam in 2. refutationis parte, de contorsionibus & elusionibus nostrarum probationum afferemus, manifestum est.

98. Ordiamur autem à prima reuelatione huius mysterij Gen. 3. de Semine mulieris contrituro caput serpentis, quo incarnationem & veram humanam naturam Messiae diximus Disput. 1. Thes. 24.

C

prædictam

prædictam. Hoc ita Mennon eludit, ut initio prolixè, nec non impudice disputet, Mulieres nullum habere semen fol. 64. usq; ad 71. Deinde, Semen pro filio & posteritate accipi: non pro materia nondum nata: Negat itaq; hinc confici, Christum carne nobis òmōsōtōv esse: & ex Maria carnem assumisse.

99. Atqui respondeamus Longa illa Testimoniorum scripturæ inductione quam texit, nihil aliud probari, quam viros semen habere: non autem mulieres eius plane expertes esse: Quo illos præditos esse constat: eodem has, neg; sacrorum librorum neg; Physicorum et dicorum priuat autoritas.

100. Inanis igitur est gloriatio, quod Menno hanc ut Basin sententiæ nostræ, se putat euertisse: quia persuadere nititur, Virgini per naturā non inesse semen vix posse. Ut ille tamen ad hoc est, ut eruditus nos, eundem bunc esse spiritum, qui in Marcione negauit Christum ex Maria carnem assumisse: idq; hoc argumento, quia natura Virginem parere non ferat: teste Tert. lib. 3. contra Marcionem.

101. Deus Pater ait, Messiam semen mulieris fore: ideo necesse est mulierē, et quidem illam mulierem, ex qua secundū carnē fieri vel nasci debebat Filius Dei, Gal. 4. semen quoddā habere. Ac si per naturā non habuisset, tamen vi premissionis diuinæ consecuta fuisset.

102. Deus enim vocat etiam ea que non sunt, ut sint. Rom. 4. Ipse dixit, et facta sunt, ipse iubet & existunt. Ps. 33. 148. Ac voluit omnino nouum quiddam facere super terram. Ierem. 31. Cælum terramq; commouere stupendo Incarnationis huius opere, Hagg. 2.

103. Iam vero, quod origo nostri, non penes virum duntaxat, sed ex parte penes mulierem quoq; sit: non tantum Anatomici & Philosophi, quorum doctrina liberaliter institutis nota est, neg; hic operose referri debet: sed etiam scripturæ loci consentiunt.

104. Quemadmodum Gen. 1. v. 12. scriptum est, iussisse Deum ut terra produceret עֵשֶׂב מִזְרָע וּרְעַ herbam proferentem semē vel seminificantem: et vers. 13. quod tellus produxerit עֵשֶׂב מִזְרָע וּרְעַ Sic Leuit. 12. v. 1. eodem verbo scriptura vitetur de mulieris conceptione & partu אָשָׁה כִּי הַזְרָע וּלְרָחָב זָכָר. Mulier si protulerit semen

semen & pariat masculum. Aliter quidem interpretes nonnulli: sed
vix actiui verbi norunt eruditi.

105. Ita Ruth. 4. v. 12. in describenda Christi genealogia loquitur
scriptura: Sit domus tua sicut domus Perez (quem peperit Thamar
Iude) de semine quod dabit tibi Dominus **בֶּן הַנָּעָרָה** **הַזָּר**
. i. de iuuencula hac ipsa.

106. Heb. 11. de Sara scriptum est, quod σύρεια Διώκειν εἰς κατά-
γελλον απέρματος ἔλασε Id tametsi reddatur usitate, vim ad con-
cipiendum semen accepit: tamen, & quia καταγάλλει: conferre de
suo & Contribuere significat (ut καταγάλλει τὸ αργύριον, item
καταγάλλει καταγάλλει apud Demosth.) & quia praecessit σύρεια
que vox Metaphoram ab agro nullum semen proferente sumtam
habet: non video, cur propter huius dicti citationem Menno flagel-
let Micronium.

107. Sed etiam si absq; hoc esset: magnam tamen multitudinem
haberemus similiūm testimoniorum. Vbicung; enim Christus prae-
dicitur ex semine Abrahāni vel Dauidis nasciturus: quod paſsim
iureiurando confirmatur: ibi hoc ipsum comprobatur. Nec enim ē
virili semine posteritatis Dauidicā natus ēt Messias, ἀναταλκώ
ēt iisdēla Heb. 7. Relinquitur ergo, quod ex virginali.

108. Tropum in voce Seminis, etiam si Menno nullus monuisset,
agnoscimus: sed tamen significantissimum, adeoq; magis proprium
tropum, quam si virum vel hominem, vel filium hominis dixisset,
eiusmodi inquānt tropum, qui veritatem & carnis humanae, et es-
sentialium eius proprietatum, nobis relinquat: ut materia pro eo
quod ex materia formatum ēt, Metonymicōs accipiatur.

109. Non autem pro eo, quod externa quidem similitudine con-
ueniens: alioquin origine, materia, totoq; genere diuersum sit: qua-
le nobis hi fanatici, corpus Christi singunt.

110. Tropologiam hanc nō ex nobis, sed ex S. literarīū declarationib⁹
proferimus. Appellatur enim Messias, unus filiorum Dauidis I. Par.
17. Puer natus, et Filius datus, imperij malum humero suo sustinens.

Ez. 9. Pastor Dei & Vir qui Deo propinquus est. Zach 12. Sponsus procedens de thalamo suo, exultans ut Gigas, ad cursum perficiendum. Psal. 19.

III. Quod de spirituali muliere, & semine eius hic nugatur Menno fol. 17. Confess- refutatum est Disp. 1. Thesi. 29. & ab omnibus sanis facile agnoscitur violenta contorsio et elusio perspicui testimonij: neq; tamen gloriari veretur Sophista, nullam ab se glossam affingi textibus scripturæ.

112. Absurdum, inquit, est eodem loco unam vocem spirituali, alteram litterali sensu accipi. Itaq; ut serpens, Diaboli imaginem representat, Apoc. 12. Cuius semen spirituale est mendacium. Ioh. 8. Sic mulier est Typus Ecclesiae, quæ est imago Christi, Rom. 8. Caro de carne eius, & os de ossibus eius. Eph. 5.

113. Si mulier (inquit) spiritualis: etiam semen eius spirituale: nempe æterna Veritas, quæ est Christus ipse. Ioh. 14. Sic Serpens est spiritualis, & è semine spirituali filios mendacij generat. Mulier spiritualis, & semen eius spirituale: ex quo filios salutificæ veritatis procreat. Patheticè tandem concludens, vult hanc expositionem ceu verissimam, in toto mundo suscipi.

114. Sed, quod ex scripturæ autoritate non profertur: eadem facilitate contemnitur, qua asseritur. Nam multa dicta voces habent diuersas: quarum una spirituali, altera litterali sensu accipienda est. imò eadem vox & simpliciter & allegoricè saepius exponitur. Gal. 3. Gen. 3. 22. Ioh. 17.

115. Quod autem de necessitate incarnationis Verbi, Thesi 3 4. Disp. 1. dixeramus: hoc argumentum fol. 26. contra Ioh. à Lasco sine fundamento scripture positum affirmat, & sic infringere tentat: Manifestum est, Adamum & Euam lapsos, cum uniuersa posteritate damnationi & morti obnoxios, per Dei iustitiam factos esse. Gen. 3. nec quicquam nisi damnatum & mortis reum ex ipsis potuisse nasci. 4. Esd. 3. Rom 5. 1. Cor. 15. Deus omnia conclusit sub peccatum. Gal. 4.

116. Itaq; si (quemadmodum nos docemus) Christus secundum sanctam

sus
en-
en-
bus
mo-
af-
al-
re-
. g.
aro
:
ens
uli-
eri-
tio-
fa-
ent
nda
ur.
3 4.
isco
en-
po-
tos
osis
sub
um
am

sanctam suam humanitatem naturalis sit fructus carnis Adami: Consequens esse, ut propter natuitatem carnis, sit damnationi & morti obnoxius. Id vero cum absurdum sit: retractandam nobis illam, à Iustitia & veritate Dei, argumentationem.

117. Resp. Errant Anabaptistæ, nescientes scripturas, & virtutem Altissimi quæ obumbravit Mariam, & spiritus sancti è pœnæ leuoris quæ factum est, ut hic unicus & solus homo, tum sine viri commercio, tum sanctus & absq; peccato nasceretur, quemadmodum supra dictum.

118. Retinemus igitur piæ vetustatis è sacris literis haustam oīlooyias, de qua Irenæus lib. 5. præclarè. Si quis secundum hoc alteram dicit Domini carnem à nostra carne, quoniam illa quidem non peccauit, neq; inuentus est dolus in ore eius: nos autem peccatores: recte dicit. Si autem alteram substantiam carnis Domino affingit: iam non constabit illi Reconciliationis sermo. Reconciliatur enim illud, quod fuit aliquando inimicitia. Si autem ex altera substantia [ut Anabap. vult, ex substantia Verbi] carnem attulit Dominus: iam non illud reconciliatum est Deo, quod per transgressionem factum fuerat inimicum.

119. Quod obstrepit Menno fol. 26. Si ratione iusticiæ Dei nostram sententiam tueri velimus: eo vdꝫ. quod illis ipsis qui peccassent, pœna luenda fuisset: tum non nostram carnem & naturam: Sed Adamum & Euam nominari debere: hos enim esse qui deliquerissent: per hos peccatum introductum esse: non posteriorum carnem & naturam: ut Gen. 3. docetur.

120. Ad hoc ita respondemus. Ignorat Menno quid sit Dei iustitia: quantum sit inter iudicia Domini (quæ ut Psal. 36. ait, sunt abyssus multa) & Politicam iustitiam Distributiuam discriminis. Si Catechismum interea didicisset, dum ex Apocryphis libris 4. Esdræ et sapientia Philonis erudire nos vult de Verbi incarnatione: reperisset in Decalogo hanc iusticiæ diuinæ proprietatem, quod visiter iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartam generationem.

121. Atqui nullo modo conuenit hoc politica iusticie, ut, patribus uiam acerbam comedentibus, filiorum dentes obstupescant. Ierem. 31. Et tamen coram Deo iustiss. est, qui etiam innoxium sanguinem, a temporibus Abel effusum, deriuat in filij sui crucifixores, Matth. 23. Et sacrilegum Achacum filijs & filiabus supplicio afficit. Ios. 7.

122. Ignorat: aut scire se dissimulat Menno, non fuisse tunc ullam naturam humanam, nisi duntaxat in Adamo & Eua: nosque omnes in lumbis ipsorum: ut Heb. 7. de Abraham & posteris eius scriptum: & quemadmodum Mosis execraciones, Deut. 27. Iesu cap. 8. posteros Israelitarum obligarunt: ita legem illam omnes homines nascituros obligasse: hoc vero nihil aliud est, quam totam humanam naturam.

123. Reuerenter itaque nos hanc profunditatem diuitiarum sapientiae & misericordiae diuinae (quod rationem, non posteros modo, sed & primos parentes ab exitio liberandi, omniaque in Christo capite recapitulandi Col. 1. inuenit) admiramur & prædicamus: quodque Menno figmentum humanum esse calumniatur: nos diuinitus parfactum mysterion monstramus.

124. Arrodit deinceps argumenta nostra, ex dictis iure iurando Dei confirmatis, sumta: quibus veram carnem humanam Christi probamus, quia Semen Abrahami, Dauidis, Fructus lumborum Dauidis, appellatur promissus Messias. Sed quo colore? Qui, inquit, hisce dictis probare voluerit, Christum ex muliere carnem assumisse: & Abrahami atque Dauidis, qui ex Adami impuro & peccatis obnoxio semine propagati sunt, semen esse: hunc necesse est adiungere Adami iniustitiam, maledictionem, peccatum.

125. Quod si (inquit) dixerit, Christum ab Adami iniustitia liberum fuisse, Respondebo: ium nec Adami naturale semen esse Christum: illud enim est immundum. Imò si Adami semen esset: impurior esset Christus secundum carnem, quam Adam ante lapsum: ille enī de pura terra: hic de impura, id est de impuro humano, & terreno semine. Et hoc quidem irrefragabile putat argumen-

126

126. Atqui huic nos ita irrefragabili contradictione refragamur, & fragile admodum esse, ac futile cauillum Marcioniticum docemus: quoniam est ἀντίθετος Χριστῷ τῷ γένος, Articulos fideli sibi inuicem opponere, ut alterum alter elidat: qui pariter tamen consistere possunt & debent. Iudicia enim Domini, iusta sunt pariter. Ps. 19.

127. Nos, quod in ordinarijs sedibus expresse reuelatur de quolibet dogmate: id fideli corde amplecti debemus. Hoc facere oportet, ut Veritatem humanæ naturæ Christi tueamur: illud non omittere, quod de originali peccato credendum est.

128. An recte secant sermonem veritatis, vel Pontificij qui legilib. dictis iustificationem Euangelicam obscurant: Vel Arriani, qui testimonijs de unitate Dei, distinctionem personarum tollunt: vel Cingiani, qui ex omnibus paginis Bibliorum se aliquid contra S. Cœnæ mysteriorum certis locis reuelatum, gloriantur reperire?

129. Sic nego, Menno, qui ex peccato originali, doctrinam de carnis Christi origine extruit, memor est τῆς ὁρθομετρίας τὸν λόγον τὸν αληθινόν.

130. Exceptionem αναμαρτησίας D. Seruatoris, expresse patefactam, & aliquoties iteratam: Veritatem carnis ex semine Dauidis assumendæ, iureiurando confirmatam habemus. Ps. 132. Iurauit Dominus Dauidi Veritatem, de quo non recedet: Defructus ventris tui ponam super sedem tuam.

131. Qualis autem furor est, ex eo quod nec differentia, nec proprium, nec essentiale quidquam est: Essentiam & originem carnis vere, negare? An non Moses, Enoch, Elias, carnem suam ex Adamo habent: etiamsi à peccato iam mundati sint? An non illa nostra corpora quæ resurgent, etiam erunt Adamo ipsorum?

132. Exaggerat, & magno conatu enumerat Menno ea loca, quibus filius Dei, nominatur Christus. Cur non hoc iuramentum Abrahamo & Dauidi factum, quod de semine illorum, Messias nasci deberet, similiter attendit? An non hoc aequum Dei verbum est atque illud? Imo an non teterrimum ipsius somnum est, quod Christus secundum carnem ex semine Dei patris, quod esse λόγον asserit, habet originem?

133. Vt

133. *Vt Coccysmi, quibus hoc loco eadem chorda paſſim Citharæ-
dus oberrat, omittantur, & imaginaria ipsius absurdæ, quæ ex
simplici intellectu consecutura ſomniat, in tertiam partem refuta-
tionis differantur: videamus quomodo reliquæ probationes noſtras
cauiletur.*

134. *Quod Christus ab initio Spiritus æternus, quoꝝ patri,
& S. sancto, ideoq; immutabilis, Mal. 3. & immortalis fit. I. Ti-
mooth. 6. Itaq; nec Deitate ſua caro fieri, nec mori potuerit. neceſſa-
rium ergo fuiffe, ut assumta carne pateretur, & mortem pro nobis
obiret: quoniam id diuina natura preſtare non potuifſet. Ad hoc
reſpondet, Se nullo modo ingenij acie comprehendere poſſe (ut nec a-
lios fidei articulos) quanam ratione æternum illud & incomprehen-
ſibile Dei Verbum, factum fit caro in Maria, tandemq; mortuum
fit: & ſe tamen illud indubitato credere:*

135. *Sed quis non videt hanc eſſe præſtiſiatoꝛis in Hypocriſi men-
daciū loquentis, aſtutam tergiuersationem? Cum urgetur, ve-
luti deprehensus in maniſta diuina maiestatis abnegatione ac
blasphemia: quod tum, ut Proteus elabiſtudet?*

136. *Christus eſt imago Dei inconſpicui, Col. 1. Splendor gloriae
Dei: character ſubſtantiae eius, Heb. 1. Eſt cum patre unum Ioh. 10.
Omnia quæ pater habet, ipsius ſunt. Ioh. 16. Quomodo hoc Christo
poſteſt tribui, ſi ipſa diuina eius natura & maiestas, facta eſt Caro,
& infirmitas humana? ſi ex nulla alia materia, quam ex ſubſtan-
tia Verbi, homo Christus extitit?*

137. *Quomodo illud Ioh. 5. verum erit, Pater meus uſq; modo o-
peratur & ego operor: ſi uſquequaq; minor tum fuit angelis? Ps. 8.
ſi una tantum natura λόγος fuit præditus? diuina orbatus, in hu-
manam transmutatus?*

138. *Locum Malach. 3. Deus ego ſum, & non mutor, eludit: ac
negat de ſubſtantia Dei loqui: ſed tantum de proposito, consilio, de-
creto, voluntate: allegat translationes quasdam (quibus tamen, ut
parum bone fidei, in margine potius, quam in textu locum dat) ubi
pro verbo Mutor, legatur, Mentior.*

Atqui

139. Atqui ô gloriose interpres, qui semper te id ēnt̄ tueri, nusquam glossas comminisci iactitas: unde hoc glossemā promis? Hebraum verbum בְּנֵי שָׁמָן mutationem significat tam substantialem, quam accidentalem, tam visibilem, quam intelligibilem, tam internam, quam externam: quæ nam scriptura te docuit, generalem significationem restringere? quæ te necessitas cogit, nisi quod cupis impiam th̄ēm quoquo modo laudare?

140. Deut. 32. iure iurando confirmat Deus, se in æternum vivere: Cur tu mortalem diuinitatem sacrilega audacia vnigenito Dei filio affingis? An Arriana blasphemia tibi blanditur, quæ alterius essentiae filium, quam patrem, constituit?

141. Atqui unus idem j̄s Iehoua, est primus & nouissimus. Esa. 44. Absq; illo non est Deus: ipse est Iehoua faciens omnia: extendens cœlos solus, stabiliens terram, & nullus cum ipso. Unicus Deus ille, fuit Pater, Filius, Spiritus sanctus ab æterno, & erit in æternum, immortalis & immutabilis totus: & singulae personæ tales, qualis unaque uis.

142. Si quis Deus mutabilis, visibilis, mortalis esset, quatenus Deus: utiq; hoc excepisset scriptura: At quia contrarium, ut essentialis proprietas, uni vero Deo tribuitur: & Christus non minus est verus Deus, quam pater & sp. sanctus: non minus æternae & beatæ maiestatis: Ps. 102. Heb. 1. necesse est carnem illi, alterius naturæ, scz. humanæ, tribui: qua mutationi, morti, & infirmitatibus, Mediatori suscipiendis, obnoxius esse posset.

143. Sed ut progrediamur: Vellicat etiam fol. 37. testimonium Angeli Gabrielis Luc. 1. Spiritus S. superueniet in te, & Virtus altissimi obumbrabit te: ideo Sanctum quod nascetur, vocabitur Filius Dei. Non ait Angelus (Verba sunt Mennonis) Sanctum, quod de tua carne vel sanguine veniet, sicut aduersarij faciunt. Respondeo: Tale Mennonis artificium est, quale Diaboli, Matt. 4. Omittit enim dolosè particulam, EX TE. Quid autem Vocat Angelus, Nasci ex Maria? an non carnem de carne, os de ossibus cius, ut Eph. 5. loquitur Apostolus, ac ita verè semen Abrahæ assumere? Heb. 3.

D

Sane

144. Sane, ut Ionas ex Balena non dicitur natus: etiam si in ipsius corpore aliquam diu fuerit: quia nihil de ipsius substantia assumptum: ita nec filius Dei vere posset dici natus vel factus ex muliere. Gal. 4. si non carnem de carne Maria suscepisset.

145. Cogentur igitur Anabaptistæ tam multa dicta, in quibus Nasci de semine David, Concipi in utero, & similia de Incarnationis mysterio dicuntur: male interpretari, qui unum nolunt bene intelligere: ut Irenæus lib. 5. de suis Valentinianis, eodem erroris genere dementatis, loquitur.

146. Ex eodem dicto nititur alibi probare, Deum esse patrem Christi secundum carnem: & illos intolerandam blasphemiam committere, qui hoc negent: nec habere patrem, nec filium, sed esse Antichristos.

147. Respondeo. Heb. 7. de Melchisedec dicitur, qui in his attributis typum Messiae gessit, quod sine patre, sine matre, sine genealogia, neq; initium dierum, neq; finem vitæ habens, assimulatus autem ipso filio Dei, maneat Sacerdos in perpetuum. Ita de D. servatore docuit Ecclesia ante annos 1500. quod secundum carnem non habeat patrem, ut nec in diuinitate matrem agnoscit, argit, ita Melchisedech ἀπάτωρ ἡ αμύτωρ sit.

148. Si ex illo testimonio fanaticus homo patrem Christi, quadratus homo, demonstrare vellet: attendendum erat, quod primo sit S. sancti mentio. Deinde virtutis Altissimi, quæ est ipse Filius Dei λόγος. Cor. 1. & quod Symbolo Apostolico confitemur, de S. sancto conceptum esse Dominum nostrum.

149. Non a. quod originem ex Sp. sancti substantia Christi caro habeat: (quod cogitare nefas est) sed quod Sp. sancti operatione extiterit, sentire nobiscum vult Menno. Quid igitur hinc potius de Patris, quam de Sp. sancti, vel etiam ipsius Filii, (qui est virtus Altissimi) generandi actu potest concludi?

150. Carpit deinceps reliqua nostra confessionis fundamenta: quæ admodum superiore Disputat. passim attigimus. Verum ne prolixiores & quo simus: Tertiam & ultimam partem de Inconuenientibus seu absurdis, quæ putat ex nostra sententia consequi, breuiter
nunc eti-



nunc etiam expediemus: simulq; obiter depravationes locorum aliorum indicabimus.

151. Primum, inquit Menno, si aduersariorum doctrina de Incarnatione Verbi, & duabus in Christo naturis, vera esset: sequeretur duos esse filios in Christo: quorum unus sit imparibilis, aeternus, Dei filius, sine matre: Alter Mariæ filius, patibilis, temporalis, sine patre.

152. Respond. Allegare Inconueniens, non est soluere contrarias argumentationes. Nullam vero suæ Consequentie rationem addit iste. Nos docemus, unum filium, unum eundemq; Christum, esse natum ex semine Dauid, secundum carnem, quem & filium Dei ab aeterno, quo ad Diuinitatem, fuisse constemur. Rom. 1.

153. Ut multi sentiunt, Animam nou propagari cum corporibus: sed extrinsecus infundi: neq; tamen propter diuersam diuersarum naturarum originem, duos filios in uno homine constituunt. Sic neq; nos duos comminiscimur filios, propter distinctam naturarum reuocor, quas arctius sibi docemus unitas, quam corpori animam.

154. Deinde inquit sequeretur valide, Duas in Christo personas esse. nam ubi sunt duo perfecti filij: ibi duas personas esse necesse est. Aut una alteram totam in se traxisset: atq; in conficta illa unione, tota euaniisset.

155. At hoc Marcionitici cerebri est figmentum: non sententia nostra consectorum: Persona enim est individuum per se subsistens, intelligens, incommunicabile, non sustentatum in alio: nec ordinatum ad aliud. Atqui humana Christi caro nunquam per se subsistit: nec sine diuinitate sustentante, unquam erit, Quia Maria, mater Iehouæ ab ipsa conceptione salutatur Luc. 1. & benedictus pronunciatur fructus uteri eius. Ut nunquam extiterit illa humana natura, quin homo pariter Deus fuerit: ideoq; non dicimus duos filios, sed unum.

156. Tertio, inquit, sequeretur, illum Christum, qui edit, bibit, crucifixus, & mortuus est, qui tamen in scriptura passim, sine

omni diuisione, unigenitus Dei filius nominatur, non fuisse Dei filium: Siquidem negatur ab aduersariis habuisse patrem. Id vero est blasphemum inconueniens, & abnegatio filii Dei.

157. Negamus & hoc inconueniens nobis conuenire: quia confitemur unicum & unigenitum Dei filium, nostra salutis ergo filium hominis quoq; factum: Eundem, qui est & erat Dominus gloriae: ignominiosissime fuisse crucifixum. 1. Cor. 2. Damnamus Nestoriū vocem, Noli gloriarī Iudei: non enim Deum, sed hominem crucifixisti. Quem cælum & cæli cœlorum capere non possunt, eundem credimus in utero Virginis gestatum esse.

158. Non diuidimus Christum, neq; personam, neq; naturas eius, ut Menno contra suam conscientiam cornicatur inepit, vel potius calumniatur malitiosè: sed distinguimus. Sicuti nec personas divinitatis induisæ diuidimus, sed distinguimus. Quid vult hic ἀπόλογος amplius?

159. IV. Inquit, sequitur, toties aduersarios mentiri, quoties hominem Christum, Dei filium nominant. Quomodo enim Dei filius erit, ex illorum fundamento: qui non ex Dei, sed ex Mariæ substantia generatus est?

160. At nos multiplex hoc mendacium in calumniatorem retorquemus. Docemus enim, hominē Christum, ab aeterno etiam ex Dei substantia generatum esse: non autem quatenus homo, sed quatenus Deus, per communicationem Idiom. Verè tamen ex substantia Mariæ quoq; natum: Quia Luc. 1. dicitur γεννώμενος ἐν μαρια, nascens ex Maria, & fructus uteri Mariæ. Quod autem Scholastici de duabus filiationibus hic disputant, id iam facessere iubemus.

161. Homo, terra est, ratione corporalis materiæ: & Spiritus, ratione spiraculi, quod Deus in faciem eius inspirauit. Gen. 2. Eccl. 12. 1. Cor. 15. Non igitur mentitur, qui hominem, originis facit terrestris: nec qui cœlestis, ut Poëta. Post ubi senserunt se seminaducere cælo &c. Sic neq; qui Christum filium Dei, nec qui filium hominis vocat: Est enim, & dicitur utrumq;

162. Ut V. & VI. Absurdum ceu eiusdem farinæ: & supra refutatum præteream. VII. inquit, Cum Thomas, crucifixum & visibi-

lem Christum agnoscat Dominum & Deum suum: ut passim tota scriptura: & tamen homo iste ex immundo Adami semine natus sit, quod aduersarij docent: sequetur impuram, & mortis ream ex Adami carne creaturam: esse nostrum Mediatorem: imò Dominum & Deum. Hanc vero esse blasphemam & Antichristianam abominationem, ut ex scriptura quilibet intelligere possit.

163. Resp. Menno vocabula nobis suppeditat, quibus ipsum merito depingamus, cum Anabaptistica sua factione. Ipse enim ut Cuculus vel bubo, ferali cantu suo, nomen sibi facit. Nam qui negat Christum in carne venisse, hic est Antichristus: ait S. Iohannes, I. Ep. 4. Id quia Marcion fecit (cuius errorem hic fanaticus interpolauit) merito Antichristus, imò etiam à Polycarpo, Satanae pri-mogenitus, teste Iren. lib. 3. cap. 1. appellatus fuit.

164. Nos ex immundo semine (quod scilicet ut immundū Mariæ futu-
ra Christo obtigerit) negamus D. Redemptorem nostrum esse
genitum: ut antea demonstratum. Et ipsum tamen hominem, qui
in excelsis Deus est: filium hominis, qui in diebus carnis sue in cœlo erat, Ioh. 3. verissimè confitemur.

165. VIII. Impudens os fol. 55. ita garrire non veretur. Si Maria Christum hominem, de sua carne sic, quemadmodū eruditi docent, genuit: necessario, non solum mater, sed etiam pater Christi erit: quoniam hoc ab initio sic diuinitus ordinatum est: ut in hominis generatione, patris et matris opera concurrat: ut tum ex scriptura, tñ ex naturæ legibus notum est: Hoc autem merito inauditum inconueniens & probrum ordinationis diuinæ dici posse.

166. Quis non cohorrescat ad abominandum huius illotæ suis gru-nitum? siccine mysterion hoc imperuestigabile sub leges naturæ vo-cari? Quis in ista secta, quæ miro sanctimoniacæ Zelo fucogè se ven-ditat, tam perulantem impietatem existimaret occultari: nisi so-rex suo se proderet indicio?

167. Nos potius quam tali indulgeamus phantasie, exemplo Dauidis, Psal. 17. oremus, ut custodiat nos Dominus ab opere homi-num in via latronis: ut gressus nostros in suis semitis sustentet, ne ritubent plantæ nostra.

168. Si curiositati carnali fenestram patefecerimus: eodem argumenti genere, cum Mahometanis omnem Apostolicis scriptis fidem derogaremus: omnes articulos nostrae fidei, quippe plurimis Sophisticarum absurditatum contradictionibus obnoxios, cum illo blasphemico Saduceo cuius scriptum circumfertur, negaremus.
169. Talis spiritus ex Deo non potest esse, qui à lege & testimonio, quo Esaias 8. c. nos alligat, ad phantasias carnales relegat. Sic impius ille Masedonius nefariè ludebat, Teste Nazian. in orat. de Spiritu sancto, si ex Filio etiam procedat Spiritus sanctus, tum esse vocandum Patris nepotem.
170. IX. Hanc absurditate comminiscitur. Cum mulier nullum fructum suæ carnis generare possit: quoniam teste scripture, seminis expers est: & tamen, homo Christus de carne Mariae, quemadmodum aduersarij docent, factus sit: sequitur indubitato, perinde atq; Euam ex Adamo creatum esse: atq; ita circans Verbum, & creatum hominem, unum Christum, & Dei filium esse factum.
171. Sed huic delirio supra locum Gen. 3. semen mulieris conteret caput serpentis, aliasq; rationes opposuimus: quas studio breuitatis hic pro repetitis habebimus.
172. X. Hoc tanquam Idolatricum inconueniens & blasphemiam Dei recenset, Si Christus ex Adami immundo semine natus esset: sicut aduersarij docent: cum scripture iubeat dominum Deum adorare, eiq; soli seruire: Matth. 4. Manifestum quoq; sit, Christum non minus adorandum esse, quam patrem: necesse est omnes Idolatras esse, qui Christum adorant.
173. Ceterum & huius criminacionis vanitas supra aemonstrata est: & quomodo unum eundemq; Christum secundum utramq; naturam recte adoremus: quandoquidem data est Christo secundum humanam naturam omnis potestas in cælo & in terra. Matth. 28. Nomen supra omne nomen. Phil. 2. corona gloria & honoris: & dominatus in omnes creature, Ps. 8.

XI. Blasph-

174. XI. Blasphemiam Christi hanc è nostra doctrina dederit,
quod necesse sit Christum non tantum ex Iuda, sed etiam ex Syrijs,
Canaan, Moab, & Ammon, originem ducere: si modo ex Ma-
riæ semine natus esset &c.

175. Atqui nos inde doctrinam solatij plenam haurimus, qui
origine gentes, non Abrahæ semen sumus: quod in veteri quoq;
testamento hac ratione Deus sue misericordie radios non soli
domui Iacob, sed gentibus etiam, usq; ad fines orbis terrarum luce-
re voluit, Esa. 49.

176. Præterea sequi putat ex nostra sententia, quod omnipo-
tens & æternum Verbum, quod cælum & terram implet, cum
exiguo corpusculo ex Mariæ carne se uniuferit: Cum eog, gemue-
rit, esurierit, mortuum, & sepultum sit, aut in spiritu Christi se se-
tantum continuerit, donec resurgeret à mortuis.

177. Sed eiusmodi stolidos, imò contumeliosos in Deum gryllos,
si ratio soluere non posset, fides irridere deberet: sicut hoc etiam,
quod postremo attexit (Ex nostra confessione sequi, nec Deum es-
se verum patrem, nec Mariam vere matrem, nec quidquam in tota
scriptura de Mediatore certum esse) fædum est mendacium.

178. Nihil enim ad impudentiam extremam, sibi reliquum fa-
cit abominandus dogmatista: quæ grauius nos percellerent, si non
de Saduæis Matt. 23. de Origenistis apud Hieron. ad Pam. &
Ocea. de Eunomianis apud Nazian. similia haberemus exempla,
quod longis absurditatum philosophicarum Catalogis, articulos fi-
dei euertere tentauerint.

179. Quod clamitant, aliud nos Euangelium docere, ideoq;
Anathema esse: quod Antichristianam, blasphemiam, idolatricam,
toti scripture contrariam vocant nostram confessionem: id in ipsis
longè verius, imò verissimè poterimus dicere.

Quod

185. Quod non scripture verbis, sed hominum glossis nos aiunt
nisi, de Assumptione, de personali unione, de eo quod duo sint unum:
De diuina & humana natura: de communicatione maiestatis:
per negamus: & ad rudiores fascinatos ab ipsis hoc falso cla-
mitari, diximus sup. Thes. 54.

181. Ne prolixitate nimium peccemus: haec de tribus institu-
tæ Refutationis membris dicta sufficient. Breuius quidem &
Mennonis, & tenebrionis illius, qui literis D. P. suum nomen
civitatis, sophistica fundamenta: & corruptelas locorum eorum qui-
bus nos veram sententiam probamus: & Inconuenientia, que
alter nobis affingit, recitari potuissent: sed certo consilio ipsorum
verba passim retinemus. Reliqui Paralogismi ferè eiusdem sunt
generis, & ex predictis refelli possunt.

182. Aeternus Dei filius qui testante Symbolo Nic. propter nos
homines, & propter nostram salutem descendit de cælis: &
incarnatus est de Spi. S. ex Maria virgine, & homo factus est:
Ἐπειδὴς οὐ τὴν σοίαν, ἀλλὰ φανταστῆς εἰς εἰατρῶν Φύσεως, ἀλλὲ
ἀποπεπών τῆς θεότητος, ἀλλ' ἀλλετηνοῖς παραπλέοντος διώματι:
(ut Eusebius lib. 4. Dem. Euang. p. 2 scribit) in veritate sua
nos sanctificet: & ab erroribus abominandis Anabaptista-
rum, clementer custodiat: seductos in viam redu-
cat: præfractos seductores reprimat: pro-
pter nominis sui gloriam.
AMEN.



3g 3350



TA > OL

manuscript 91

verkündigt

VDT

nisi: summa ut: **ō** est vte: hi

vis: valuerat huius letum: qui:

et: conhunc aliam vnde certa:

alio contēplando p̄t̄sib: in

dīsternit tota scensio latitudi-

vint r̄ting uolūt̄ a v̄g v̄lūt̄ d̄lūt̄

l̄gante **ā** v̄m̄s l̄o q̄r̄ v̄c̄r̄

h̄a v̄lūt̄ m̄k̄ leḡs ūlūt̄

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-210452-p0036-3

Farbkarte #13

Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
Centimetres	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
B.I.G.																			
Black																			
White																			
3/Color																			
Magenta																			
Red																			
Yellow																			
Green																			
Cyan																			
Blue																			

19.

II. DISPUTATIO

DE INCARNATIONE VER

bi, quæ est ἐλεγκτικὴ aduersus Anabaptistas.

QVA MENNONIS ET D. P. CARNEM
CHRISTI NON EX MARIA VIRGINĒ,
sed ex substantia τῆς λόγου ortam, asseueranti-
um, præstigia refutantur.

IN QVA
PRÆSIDE IOHANNE OLEARIO D.
S. THEOL. & HEB. LING. PROFESSORE
in illustri Acad. IVLIA, Respondebit M.
PAVLVS MVSAEVVS.

29. Iunij mane hora 6.



HELMSTADII

EXCVDEBAT IACOBVS LVCIVS.
Anno M. D. LXXXI.

